Dubrawski et Ilnicki Turzanski et Brosniowski Quietant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Generosus Samuel Dubrawski et Nobilis Theodorus Ilnicki Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque Suis 1007 quibusuis proprijs et Competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum Seorsim Suo pro interesse recognovit: Quia ipsi et quaeque Generosus Dubrawski Sue et Generosa Marianna Ilnicka Consortis Suae litima cum Nobilium Andrea Woloszanski, Lucae Kuczkowski, Simonis Woyciechowski famulorum cum Iwani Topolnicki et Iwani Strzelecki, atque famati Theodori Naniczak Oppidani Antiqui Sambor, pro quorum ratihabitione cavet, et se Complet inseri: bit nomine Nobiles Alexandrum Turzanski Sliberak, et Stephanum Brosniowski et eorum posteros, de Causa et actione Iudiciaria per se Recognoscentem et Consortem Suam atque famulos tum et alios Superius nominatos, eisque Supranominatis Nobilibus Turzanski et Brosniowski, ratione per ipsos, tum et alios eorum complices tempore certo in processu Causae specificato, Sui Recognitium et aliorum Superius expressorum, in domo famati Petri Kalenik ad Vladicatum Praemysliensem pertinentis, hic Praemysliae Siti, modeste et pacifice hospitantium, certaque sua negotia hic Praemysliae expedientium, nocte ex improuiso Super aggressionis ad arma et Silopeta sese proruptionis, ijsdemque armis ex hospitio Sui fugationis, et dispercussionis, nec nullorum vero concussionis et Conuerberationis, verum permultarum in protestatione ac nomine facta expressorum circa eundem tumultum et Violentiam receptionis, et inter se partitionis Usui Suo illicito conversionis et applicationis, aliarumque Violentiarum perpetrationis, processu Causae eiusdem fusius Commissa in se Continente ad Iudicia Tribunalis Regni Lublin.

+

instituet et intentati, tum et de pœna Infamia eadem in Causa obtenta et publicata, eiusq publicatione, totoq antecedenti et subsequenti processu ea in Causa obtenti et providuo, et in quovis puncto et gradu Iuris dependente, tum de quibusvis protestationibus, Vulnerum obductionibus, ob Sufficientem et plenariam sibi Regnibus [illegible] tam Satisfactionem, quantum pro parte et interesse eorundem supra:scriptorum Nobilium Alexandri Iurzanski, et Stephani Brosniowski tantummodo spectat, quietant, eximunt, dimittunt, liberosq et absolutos prorsus faciunt et pronuntiant. Causam eandem et actionem Iudicatoriam, tum et pœnam Infamia cum eius publicatione, totumq antecedentem et subsequentem processum atq protestationes quasvis et Vulnerum obductiones, quo ad interesse praefatorum Nobilium Iurzanski et Brosniowski spectat cassant, mortificant et annihilant sibi suisq posteris rone praemissorum oiam perpetuum imponendo silentium. Nihilominus Vnus recognoscentium nempe Gnosus Samuel Dubrawski, debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis habitis et habendis supra scriptis Nobilibus Alexandro Iurzanski Steberak et Stephano Brosniowski et eius posteris inscribit et obligat praesentibus praefatos Nobiles Mariannam Slnicka Consortem suam legitimam, Andream Woloszanski Lucam Kuczkowski Simonem Woyciechowski, famulos, tum Iwanum Topolnicki Iwanum Strzelecki atq famatum Theodorum Maniczak Oppidanum Antiquæ Sambor, Vel in euentu mortis successores illorum ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Quietationem, Vel similem suo pro interesse faciendam ad acta quaevis Authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eisq Vel eorum posteris Vt praemissa debite exequantur efficere. Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iuramento taxandis et edicandis per eundem Recognoscentem Generosum Samuelem Dubrawski sive eius posteros praenominatis Nobilibus Alexandro Iurzanski Steberak et Stephano Brosniowski aut illorum posteris ob non statuitionem

memoratorem

memoratorum Nobilium Marianna Ilnicka Consortis Suae legitimae et Andreae Wołoszanski, Lucae Kuczkowski, Simonis Woyciechowski famulorum tum Iwani Topolnicki, Iwani Strzelecki atque famati Theodori Naniczak Oppidani antiquae Sambor, Vel in euentu mortis Successorum illorum pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali iuramento taxandis modo praemisso ad soluendum succubitis, memoratis Nobilibus Marianna Ilnicka Consorte sua legitima et Andrea Wołoszanski Luca Kuczkowski Simone Woyciechowski famulis tum Iwano Topolnicki Iwano Strzelecki atque famato Theodoro Naniczak Oppidano antiquae Sambor non statutis statuendis, Citatus existens memoratus Recognoscens Conversus Samuel Dubrawski aut eius Successores Ad Instantiam Suprascriptorum Nobilium Alexandri Jurzanski Sedorak et Stephani Tworniowski, aut eorum Successores, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex hinc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, Damna praetacta luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum primum peremptorium sic, Vti et alios omnes exinde consequentes, causa eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta ad Equitorem, Vel aliis quibusuis, dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Vltra praefixos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo.

1090 +

ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel duplicatis, Exceptionibus suspensionibus fatalibus Juris præscriptione Terreshi bello conuentioneq; vel aliis quibusuis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Chrząstowski Orzechiemu Roborat

1080 Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Adamus de Brzezie Chrząstowski sanu mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; subiciendo palam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq; pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat præsentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in ven et manus Generosi Francisci Orzecki ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto manuali contentarum, de actu et data illius hic Præmysliæ die hodierna in actu Contenta confectum, conscriptum, datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum, et sigillo Communitum, In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter omnibus, eidem Generoso Francisco Orzecki ipsiusq; posteris firmiter tenere, complere exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibus et singulis illius Contentis, tam in toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere Scriptum præfatum manuale ad Inductionem præsentem roborationem, et Inscriptionem præsentem Roborationem ad prædictum Scriptum manuale Salua nihilominus eadem Causa et actione Judiciaria, tum et pœna Infamiæ cum eius publicatione, totoq; Causæ eiusq; processu cum aliis incidentibus in processu Causæ eiusq; Cation specificatis, sibi Regni pleno in robore reseruata. Hac suaq;

Vicissim.